

EPISTOLA.

ex Clero & Claustro: ii tum maxime, qui in utroque aut pietate florent, aut eruditione clarent. Quamvis enim in omnes sinum Tuum effuderis: at istos (quæ Tua est spirituum discretio) singulari tum magnificentia, tum honorificentia perstrinxisti. Quoniam verò Te ipsum (audeo dicere) profudisse videris, Amantissime Præsul, erga Familiam nostram Aginnensem, quin simul erga nostram Provinciam Minimitanam Aquitanicam, hæc in apertissimam gratitudinis ac reverentia significationem Tibi se ex voto totam consignavit, & nunc in effæto isto Oratore Tuo percuperet ora centum Ciceroniane loquentia, quamquam & ista adhuc essent imparia ponderi tam immense Tuæ beneficentia sustinendo.

Hæc quoque sunt incentiva, quæ me perurgebant ad devovendam Authoritati Tuæ & sistendam ad pedes Gentilitia Tuæ Turris omni armaturæ fortium prævalentis Philosophiam hanc P. Maignani in usus Scholasticos à me explanatam: jamque omnino confido ut qualemcunque illius fortunam defendere non dedigneris. Vale officiose ac verè operarie Pastor, & vive diu ad decus Gallia, ad utilitatem Gregis Tui, & ad voluptatem omnium, qui Tua merita norunt ac complectuntur. Hæc & omnia bona apprecatur ex animo demississimè.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ Dominationi Tuæ:

Tolosæ in Conventu S. Rochi
nuncupato hac die
7. Aprilis. 1703.

Additissimus & obsequentissimus servus & clientus

F. JOANNES SAGIENS. MIMIMUS.